



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 70. Decretum de Reformatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI.

A.C. 1551.

III. Si quis dixerit, extremæ unctio-
nis ritum, & usum, quem observat San-
cta Romana Ecclesia, repugnare sententia
beati Jacobi Apostoli, ideoque eum mutan-
dum, posseque in Christianis absque peccato
contemni; anathema sit.

IV. Si quis dixerit, presbyteros Ec-
clesiæ, quos beatus Jacobus adducendos esse
ad infirmum inungendum hortatur, non esse
Sacerdotes, sed ætate Seniores in quavis
Communitate, ob idque proprium extre-
mæ Unctionis ministrum non esse solum Sa-
cerdotem; anathema sit.

§. LXX.

Decretum de Reformatione.

Jam supra memoravimus, quatuorde-
cim de reformatione articulos fuisse
fancitos, qui ferme omnes Episcopalem
concernunt jurisdictionem: Itaque hos-
ce articulos recensere, initium ve-
ro ducemus ab ipsa præfatione, quam
Synodus hisce capitibus præmisit.

*Pallav. hist.**Conc. l. 12. c.*

13.

*Labbe Coll.**Conc. tom.*

14. p. 826.

& seq.

„Cum proprie Episcoporum munus
„sit subditorum omnium vitia redargue-
„re; hoc illis præcipue cavendum erit,
„ne Clerici, præsertim ad animarum
„curam constituti, criminosi sint, ne-
„ve inhonestam vitam ipsis conniven-
„tibus ducant, nam si eos pravis, &
„corruptis moribus esse permittant, quo
pacto

„pacto laicos de ipforum vitiis redar-
 „guent, qui uno ab eis fermone con-
 „vinci possent, quod Clericos ipsis pa-
 „tiantur esse deteriores? qua etiam li-
 „bertate laicos corripere poterunt Sa-
 „cerdotes, cum tacite sibi ipsi respon-
 „deant, eadem se admisisse, quæ cor-
 „ripiunt? monebunt propterea Episco-
 „pi suos Clericos, in quocunque ordi-
 „ne fuerint, ut Conversatione, sermo-
 „ne, & Scientia commisso sibi Dei po-
 „pulo præeant, memores ejus, quod
 „scriptum est: *Sancti estote, quia & ego*
 „*Sanctus sum*: & juxta Apostoli vocem,
 „*neini dent ullam offensionem, ut non vi-*
 „*tuperetur ministerium eorum, sed in om-*
 „*nibus exhibeant se sicut Ministros Dei, ne*
 „*illud Prophetæ dictum impleatur in*
 „*eis: Sacerdotes Dei contaminant Sancta,*
 „*& reprobant legem.* Ut autem ipsi E-
 „piscopi id liberius exequi, ac quo-
 „quam prætextu desuper impediri ne-
 „queant; eadem Sacrosancta Oecu-
 „menica, & generalis Tridentina Sy-
 „nodus, præsidentibus in ea eisdem
 „Apostolicæ Sedis Legato, & Nuntiis,
 „hos, qui sequuntur Canones, statuen-
 „dos, & decernendos duxit.

Sæc. XVI.

A.C. 1551.

Levit. c. 19.
2. Cor. cap. 6.

Ezech. c. 42.

§. LXXI.

CAPUT I.

De promovendis ad Ordines.

I 5

„Cum